



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 1. Status homines in justitiâ originali existens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

24 Cap. II. Desertis succurrere Deum

silium illi Mardochæus ante oculos posuit,
vt eam moueret, ad causam populi sui, apud
Esther
4. 14. regem, agendam. *Et quis nouit, utrum id-*
circo ad regnum veneris, aiebat, ut in tali tem-
pore parareris? Talis spes nostra est & Maria,
super omnes choros Angelorum exaltata,
ut, in tali tempore tribulationis, tanquam
mediatrix nostra, pararetur; per quam, cū
iam actum esset de nobis, Christum primariam
spem nostram accepimus. De quo be-
neficio itidem est aliquid à nobis memoran-
dum. Nam omnia veteris Testamenti, in
hoc argumentum, exempla afferre, immen-
sum esset opus.

C A P V T I I .

*Aliunde Relictorum Deo maiorem curam
esse, etiam noui Testamenti exemplis, hoc
est, ex Incarnationis, Passionis, &
missionis S. Spiritus mysterio
ostenditur.*

§. I.

*Status hominis, in iustitia originali,
existentis.*



Yrus potentissimus, & quondam
nobilissimus Persarum rex, pra-
stantis ingenio atq; imperij gloria,
cum

cum Persæ , vt refert Plutarchus , cupe-
rent , pro suâ montanâ & asperâ , pla-
nam & mollem regionem occupare , non
permisit , quòd diceret : *Vt plantarum se-
mina , sic hominum vitas regionibus similes
fieri.* Ita mihi videtur etiam diuina sa-
pientia iudicasse : judicauit enim præstare ,
vt non omnia sint in mundo plana ; & adeò
censuit , melius esse de malis bona elicere ,
quàm mala , in Mundo , non permettere .
Inter summa autem mala est peccatū , fons &
radix omnis mali. Ante Mundi creationem ,
homo , æternū retro , nihil erat . Ex eo
nihilo , velut è tenebris in lucem , ita in suam
naturam & vitam productus est , forma , spe-
cie , proprietatibus , & omnibus ornamentis
naturalibus dotatus . Inter quas dotes , cum
& ratio esset atque intellectus , quibus ad si-
militudinem & imaginem Dei accessit , sta-
tuit eum diuina bonitas sibi etiam similio-
rem reddere , & ad statum supernaturalem
extollere . Quare naturæ illius gratiam , ve-
lut auro gemmam , superaddidit , vt eum ad
altiorem ordinem , statumq ; diuinum eleua-
ret ; in quo naturalibus donis instructo eti-
am bona diuina communicarentur . Itaque ,
præter infusam naturalium rerum cognitio-

C 5 nem,

26 Cap. II. Desertis succurrere Deum

nem, etiam fide illum diuina ornauit, qua-
Deum, tanquam finem quoque supernatu-
ralem supremāmq; beatitudinem suam ob-
iectuam, cognosceret: spe cum instruxit, vt
ex Elysijs illis campis, & amabili, sed terre-
no Paradiſo, ad maiora cœlestiaq; gaudia-,
meliore flamma incensus, anhelaret: chari-
tate diuinâ inflammauit, vt cor illius, sive
rei ignis vi, sursum ferretur: justitia origi-
nali decorauit, vt omnes illicitos motus ha-
beret in potestate; denique, ne vllum decus
deſſet, nulla illi virtus defuit. His tantis
auxilijs firmatus æternam vitam, planissima
via, erat aditus, si voluisset.

§. II.

*Cur homini libertas arbitrii à Conditore
data?*

Quia verò nihil coactum est glorioſum,
libertas arbitrij est illi relictā. In æquilibrio
positus, quò libuit, potuit ſe ſe ſponte incli-
nare. Hinc vel laus, vel vituperatio omnis.
Arbitrio utenti vel prœmium, vel pœna de-
cernitur. *Qui probatus eſt in illo, & perfectus
eſt, erit illi gloria æterna: qui potuit transgre-
di, & non eſt transgressor: facere mala, & non
fecit: ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino,*
ideo bona promissa ſemper duratura. Ha-
*Eeci. 31.
10. de*